





In. Cui: Voff
~~27~~
EXERCITATIO IVRIDICA
DE
PRIVATIONE SVCCESIONIS
AB INTESTATO POENALI *19*

1755, 17
QVAM
DEO CLEMENTER ADIVVANTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
ERNESTO AVGVSTO
CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET WESTPHALIAE ETC.

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTOR. ORDINIS CONSENSV
P R A E S I D E

DOMINO
PAVLO WILHELMO SCHMIDIO

IVR. DOCT. ET PROFESS. PVBL. ORD. CVRIAE PROVINC.
SAXON. ET SCABINOR. COLLEG. ADSESSORE

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI

AD D. XVIII. M. SEPT. M DCC LV.

SVBIIICIT

AVCTOR ET RESPONDENS

IOANNES THEOPHILVS HEVMANN

SALFELDENSIS.

«—————»
I E N A E
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

27

EXECUTATIO IURIDICA
DE
PRIVATIONE SUCCESSIONIS
AB INTERSTATO PORNALI

DEO CLEMENTER ADIVANTE
REGTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO
ERNESTO AUGUSTO
CONSTANTINO

DUCE SAXONIAE IULIACI CIVITATE MONASTRI
INGARAE ET WESTPHALIAE ET

ILLUSTRI IURISCONSULTOR ORDINE CONSENSU

P R A E S I D E

DOMINO

PAULO WILHELMO SCHMIDIO

PH. DOCT. ET LEGIS IUR. ORD. CIVIT. PROROG.
CIVIT. ET UNIVERS. GOTTING. AUCTORE

EXAMINIS
AD S. A. ILLUSTRISSIMO PRINCEPS

EXAMINIS

AVCTOR ET RECTOR GENS
JOHANNES THEOPHILUS HEVMANN

CAUSAE

IN



A. Ω.
EXERCITATIO IVRIDICA
DE
PRIVATIONE SVCCESIONIS
AB INTESTATO POENALI.



§. I.

Qui poenam cum GROTIO de I. B. & P. lib. II. cap. XX. §. 1. agnoscit pro malo passionis, quod infligitur ob malum actionis, facile consentiet, quod duopotissimum in quacunq; poena locum habeant requisita, nimirum 1) moralis legum violatio, quam GROTIVS quidem sub malo actionis comprehendit, & 2) privatio boni, seu malum passionis. Non autem solum malum passionis poenam efficit, nisi forsan in latissimo significato poenae vocem assumere velis, quo in casu morbi, quatenus non sunt consecretaria ex liberis nostris actionibus, omnesque casus fortuiti ad poenas erunt referendi. Hoc autem verum est, quodcunq; malum aptum esse ad poenae constitutionem. Inter mala, quae quis sentire potest, procul dubio est etiam ponenda privatio successionis eius, qui heres futurus esset. Si quis igitur ita succedit, vt alteri, qui heres futurus esset, inde oriatur malum, quod sentire debet ob factum moraliter imputatum, eiusmodi successio haud immerito successio poenalis denominari poterit; & quidem vel praeiudicio testamento fit eiusmodi successio, vel sine eo. Priori in casu successio poenalis ex testamento locum inueniet, posteriori vero in casu successio poenalis ab intestato.

§. II.

Instituto nostro consentaneum est, vt iam potissimum agamus de successione ab intestato poenali, qui modus succedendi Romanis haud fuit ignotus, quid? quod? legibus potius iustum & iniustum in tali successione determinantibus, confirmatum eum reperimus. Huc pertinet successio ab intestato in bona furiosi, non stupidi & mente capti, a liberis, vel iis, qui proxima gaudent spe succedendi neglecti. Nou. 115. c. 3. §. 12. Huiusmodi quidem

dem furioso, si respuerit, leges permittunt exheredare filium & hereditatem transferre in quem voluerit, quod ex eadem Nou. apparet; sed cui bona eiusmodi furiosi sunt applicanda, si haud respuerit, de eo inter Doctores disputatur, *MEVIUS* quidem *P. IV. decis. 183.* hoc in casu fisco dandam esse hereditatem putat. Indistincte vero hocce Meuium assertum locum inuenire haud potest. Nam si de successione in bona furiosi a suis neglecti & ad mortem vsque furore detenti sermo est, vel extraneus quis misericordia ductus praeuia admonitione eorum, qui proxima gaudent spe succedendi, vt furiosum procurare festinent, furioso in calamitate sua adsistit, eaque, quae ad eius curam sunt necessaria suppeditat, vel nemo furiosum procurat. Si prius, extraneus succedit furioso in poenam liberorum, vel aliorum, qui obligationi furioso curam competentem praebere haud conuenienter egerunt. Minime vero hoc in casu fiscus succedit, quod ex eadem *Nouella us. cap. 3. §. 12.* luce clarius apparet. Si autem posterius, seu nemo furiosum procurauerit, tunc demum successio ab intestato poenalis fisci locum habet. *Conf. Commentator. ad dict. Nou.*

§. III.
Idem statuendum est, si furiosus ante furorem testamentum confecerit, ita tamen, vt quidem extraneus, aut fiscus succedat furioso, excluso herede testamentario, sed salua maneant reliqua testamenti capita, iis forsitan aliquid de bonis reliquentia, quibus neglectio furiosi imputari haud potest. Hic enim verus est sensus *Nouellae* saepius iam allegatae, si in eiusdem fine dicitur: *extraneum ad eius (sc. furiosi) successionem peruenire decernimus, euacuata institutione eorum, utpote indignorum, qui furioso curam praebere neglexerint: ita tamen, vt caetera testamenti capitula in sua maneant firmitate.* Ratio enim, cur *IUSTINIANVS* hoc in loco disposuerit, vt firma maneant reliqua testamenti capita, sine dubio in eo consistit, quoniam praesumendum est, ipsum testatorem, si respuerit, nihilo fecius voluisse, vt reliqua testamenti capita in sua maneant firmitate, quoniam emolumentum eorum haud concernunt, qui eum in furore detentum neglexerunt, quamquam ad curae praestationem obligati fuerint. Ponamus autem furiosum in testamento ante furorem confecto instituisse heredem filium, qui eum deinde in furore neglexit, & cognato, qui pariter negligens fuit in cura furioso praestanda, per modum legati relinquere emolumentum quod-



quoddam ex hereditate, tunc sane praesumi non potest, quod nihilo fecius testator, si ad sanam mentem redierit, eiusmodi cognato pariter impio legatum relinquere voluerit. Ergo non solum hoc in casu contra filium successio locum habebit poenalis, sed euacua- ta institutione filii, saluum etiam haud erit illud testamenti capi- tulum, quo cognato legatum fuit relictum. Cognatus enim dum vidit patrem furiosum a filio negligi, eo ipso obligatus erat, vt ipse nunc furiosum procuret, & cum hoc non fecerit, cum filio est in pari culpa, ergo nec ad illum peruenire poterit emolumentum ex hereditate.

§. IIII.

In hac, quam modo diximus successione ab intestato poe- nali, his sub circumstantiis plane nulla latet iniquitas intuitu libero- rum statuenda. Nihil enim vnquam magis ab omni humanitate re- motum est, quam si liberi parentibus, tristissima furoris calamitate afflictis, haud succurrunt, nec eos procurant. Est enim prima & certissima vox naturae, quam omnes gentes reuerentur, hac nos lege natos esse, vt parentibus & patriae inferuiamus *l. 2. ff. de I. & I.* Quare summa suadet aequitas, vt liberi, qui curam parentis furiosi haud susceperunt, poena quadam afficiantur. Minime itaque CEL- so assentiri poterimus, qui patrem a filio regi indecorum esse iu- dicauit, ideoque patri curatorem filium dari noluit *l. 12. §. 1. ff. de tutor. & curator. dat.* naturae enim conuenientius DIVVS PIVS, itemque DIVI FRATRES, IVSTIO CELERI rescripserunt, filium, si sobrie viuat, magis, quam extraneum patri curatorem dari posse *l. 12. §. 1. ff. de tutor. & curat. dat.* Nec vt aliter sentiamus *l. 1. pr. circa fin. de curat. furios.* nos mouet, vbi furiosos & infirmos in POTESTATE curatorum esse, asserit VLPIANVS, donec resipiscant, aut *l. 1. pr. ff. de tutelis*, vbi SERVIVS ipsam tutelam appellat vim ac POTESTATEM, cui impuberes subiiciantur. Quanquam enim alii inde argumentum desumant, pro nullitate curationis filii intui- tu patris suscipiendae, quippe contra reuerentiam patri debitam, imo contra omnem rei naturam pater sub potestate filii constitua- tur; reuera tamen in legibus cit. voeula: POTESTATIS plane di- uersa est a potestate, qua filius in familia parenti subiicitur, sed vti eleganter SERVIVS *d. l. 1. ff. de tutelis* adposuit, potestas illa tuto- ribus non data est ad consumendas fortunas pupillorum, sed ad tuendum eum, qui se ipsum propter aetatem defendere nequit.



Ac sane qui in tutela vel cura sunt, non ideo tutoribus & curatoribus subiecti habentur, vt quasi in vinculis, cum iniuria & damno suo detineantur, sed vt infirmitas eorum prouidentia & ministerio tutorum & curatorum subleuetur. *Conf. l. 7. pr. ff. de curat. furios.* Non igitur perspicio reuerentiam ac pietatem parentibus debitam laedi, si filius de salute patris curam suscipit. Accedit, quod **ULPIANVS l. 4. ff. de curat. furios.** sanciat, filium non solum patris, sed etiam matris curam suscipere debere, cum vtrique parenti pietas aequalis debeat. Imo nec semper molestum est parentibus, sed exoptatum illis suppeditatur solatium, si cura beneficioque filiorum subleuantur. Exempla reperiuntur apud **GRVTERVM in opere Inscript. tom. I. p. 658. n. 5.** vbi parentes laudant filium alumnium alendae suae senectutis studiosum. Nec inutiliter hic conferes *l. 5. pr. & §. 2. ff. de agnosc. & alend. lib.* nec non *Nou. 12. c. 2.* quae leges admittunt coactionem intuitu filii, qui recusauit alere parentem. Ast vero nullo sane meliori modo pater a filio ali poterit, quam si hic curationem tam personae, quam bonorum patris suscipiat. Inde enim optime prospicere poterit, ne quid in detrimentum aut incommodum patris suscipiatur.

§. V.

Quae cum ita sint, facile cuilibet apparebit, suadere non solum aequitatem naturalem, vt filius parentis impediti curam agat, sed & ipsas leges & veterum consuetudines illam a filiis exigere procurationem. Secus itaque qui fecerint filii & obligationi suae haud conuenienter egerint, merito iuxta *Nou. 15. cap. 3. §. 12.* successione in bona paterna priuantur. Haec de filiis. Sed nec iniuste contra cognatos aut alios a testatore ante furorem scriptos heredes successio poenalis locum inueniet, si illi nimirum liberis non existentibus, curam competentem furioso haud praebuerunt. Hi enim ex speciali cognationis & amoris vinculo obligati sunt, vt cognato suo in calamitatibus adstant. *CIC. Tusc. quaest. lib. 3. cap. 11. de inuent. lib. 2. cap. 50. §. 3. l. de curat. l. 13. ff. l. 5. C. de curat. furios.* Quare & contra hos successio poenalis erit applicanda.


§. VI.

Sed cum nemo poena sit afficiendus, nisi ob malum actionis, sequitur, vt nec successione poenali quis sit coercendus, ob factum, quod ipsi moraliter haud potest imputari. Quare immunis erit filius, si legitima habeat impedimenta, cur curam parentis in se suscipere

scipere nequeat. Id voluisse IUSTINIANVS. censendus est, dum extraneo, qui pro misericordia furiosum procurare voluerit, iungit, vt attestationem eis, qui ab intestato, vel ex testamento iam facto ad furiosi hereditatem vocantur, scriptis dirigat, vt eum procurare festinent, & si post huiusmodi attestationem neglexerint, tum demum vult IUSTINIANVS, vt extraneus in illorum poenam consequatur hereditatem furiosi. Potest enim euenire, vt liberi, aut alii, qui heredes futuri fuissent, habeant legitima impedimenta, cur furiosum procurare non valeant, & talia vbi adsunt, nihil sane ipsis potest imputari, ergo nec successio poenalis, siue exclusio ab hereditate contra eos locum habet. Ad legitima vero eorum impedimenta referri poterit 1) si absque facto moraliter imputatio ad liberos non peruenerit notitia de calamitate paterni furoris, quale quid ob absentiam liberorum occurrere potest; 2) si quidem notitiam habuerint de furore patris, illi vero vel ob defectum, vel ob speciale priuilegium suadente salute reipl. a tutelis & curationibus sint immunes. Quare minores §. 13. *I. de excusat. tutor. vel curat.* §. 7. ff. *eod.* feminae, quippe quae ad munus publicum gerendum habentur incapaces; illi, qui aliis negotiis publicis districti, officio tutoris vel curatoris satisfacere non possunt §. 3. ff. *de excusat. tutor. vel curat.* alique, quos leges ab hoc officio liberant, iuste excusari possunt; incumbit tamen iis, vt cura aliis committatur, operam dare.

§. VII.

Denique ob alias etiam causas successio ab intestato poenalis locum habet, puta, omnibus reliquis in casibus, vbi heredes, qui futuri fuissent, indignos sese reddiderunt, quominus hereditas defuncti in eos transferatur. Indigni autem censentur apud Romanos liberi, qui non vindicarunt mortem patris *l. 1. C. de his. quib. vt indign. l. 1. ad SCrum Syllan.* qui verberarunt testatorem, vel causam pulsandi praeauerunt; qui testamentum celarunt *l. 25. C. de legat. qui dolose impugnant integritatem mentis testatoris l. 8. §. 14. de inoff. testam.* qui viuente adhuc patre faciunt bonorum paternorum diuisionem, post mortem patris valituram; qui testatorem vel ad testandum cogunt, vel eum prohibent testari *l. 19. de his quae vt indign. qui matrimonium in gradu lege prohibito contraxerunt l. 2. §. 1. ff. de his, quae vt indign. coniuges quoque delinquendo variis modis amittere possunt portionem statutariam, ad reliquos heredes,*



des, & interdum ad fiscum peruenientem, id quod per varios casus deducit SACHACHER *de portione statut. quat. illi praeiudic. inferri possit a coniuge cap. IV.* Illi itaque omnes & qui alii adhuc in *tit. de his quib. vt indign.* alibique recensentur, ex causis sat grauibz haud admittendi sunt ad hereditatem, & fiscus ipso iure emolumenta ex hereditate in poenam ingratorum illorum atque indignorum sibi acquirit. Nobis autem, cum pro scripti ratione haud permissum sit, de qualibet harum successio- num ab intestato poenali- um specie disputare, illarum potius pertractationem ad aliud tempus nobis reseruamus, & vnicum saltim hoc addimus, in nonnullis casibus adductis hodie successio- nem non ad fiscum, sed ad proximum spectare heredem, at eos tamen errare, qui Titulum Pandecta- rum *de his, quae vt indignis aufer.* quoad omnia capita abrogatum esse contendunt. MEVIUS P. V.
dec. 153. STRYK V. M. h. t. §. 1.

THESES CONTROVERSARUM.

Thesis I.

Ex testamento imperfecto patris inter liberos non ab intestato succedi, sed hereditatem potius acquiri ex testamento, dicendum est.

l. 21. §. 1. Cod. d. Testam. Forster. de success. ab intest. Lib. I. C. 23. num. 3. Stryk. Diss. de success. descend. Cap. I. §. 16.

Th. II.

Bona feudalia, licet hereditaria fuerint, fisco ciuili non cedunt, nec quo ad dominium vile.

Spielmann, de success. fisci. §. 48. sq. dissent. Stryk. d. success. ab intest. Diss. V. Cap. II. §. 5. sq. id. Stryk. Diss. de success. fisci artic. 2. §. 5. sq.

Th. III.

Tota hereditas adimi potest poenae loco, non autem in praeiudicium legitima- e.

l. 1. Cod. d. his, quae poenae nom. Leyser. spe. 396. med. 1. & 2. dissent. Huber in praelect. ad Pandect. Tit. de his, quae poenae caus. rel. §. 2.

Th. IIII.

Constitutio iuris ciuili, matri ad secundas nuptias accedenti, successio- nem in bona filii quo ad proprietatem adimens, per ius canonicum non est sublata.

Parlador, in different. quorid. differ. 121. §. 1.



ULB Halle
007 469 926


3



VD 18







L. Cui: 108
~~27~~ 20
19

KERCITATIO IVRIDICA
DE
TIONE SVCCESIONIS
TESTATO POENALI

1755/17

QVAM
CLEMENTER ADIVVANTE
E MAGNIFICENTISSIMO
SSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO
TO AVGVSTO
NSTANTINO

IAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
IAE ET WESTPHALIAE ETC.

RISCONSVLTOR. ORDINIS CONSENSV
RAESIDE

DOMINO
VILHELMO SCHMIDIO

ROFESS. PVBL. ORD. CVRIAE PROVINC.
SCABINOR. COLLEG. ADSESSORE

DERVDITORVM EXAMINI
D. XVIII. M. SEPT. M DCC LV.

SUBIICIT
R ET RESPONDENS

THEOPHILVS HEVMANN
SALFELDENSIS.



IENAE
RIS FICKELSCHERRIANIS.

